



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## DOMINICA XVIII.

## QVÆSTIO XLIX.

*Quem fructum nobis adfert Ascensio Christi in calum?*

RESP. Primum, quod in cœlo apud patrem pro nobis intercedit <sup>a</sup>. Deinde, quod carnem nostram in cœlo habemus, ut eo, tanquam certo pignore, confirmemur fore, ut ipse, qui Caput nostrum est, nos sua membra ad se extollat <sup>b</sup>, (*ni cor impunitens obstiterit.*) Tertio, quod nobis suum Spiritum mutui pignoris loco mittit <sup>c</sup>, cuius efficacia non terrena sed superna quærimus, (*ni sit mens lana:*) ubi ipse est ad dextram DEI sedens <sup>d</sup>.

<sup>a</sup> Heb. 9. 24. Rom. 8. 34. <sup>b</sup> Eph. 2. 6. Ioh. 14. 2. 3. <sup>c</sup> Ioh. 16. 7. Eph. 1. 13. <sup>d</sup> Col. 3. 1. 2. 3.

## QVÆSTIO L.

*Cur additur? Sedet ad Dextram Dei.*

RESP. Quia Christus ideo in cœlum ascendit, ut se ibi <sup>a</sup> Caput Ecclesiæ suæ declararet <sup>b</sup>, per quod pater omnia gubernat <sup>c</sup>, *ut ita meritum in terris.*

<sup>a</sup> Ephes. 1. 20. Hebr. 1. 3. Hebr. 8. 1. <sup>b</sup> Ephes. 1. 22. 23. Col. 1. 18. <sup>c</sup> Ioh. 5. 22. Mat. 28. 18. 1. Cor. 15. 25.

## DOMINICA XIX.

## QVÆSTIO LI.

*Quid nobis prodest hæc Gloria nostri Capitis Christi?*

RESP. Primum, quod per Spiritum Sanctum in nos, sua membra, cœlestia dona effundit <sup>a</sup>. *Si obicem non opponamus.*

Deinde, quod nos sua potentia contra omnes hostes protegit ac defendit <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Act. 2. 33. Eph. 4. 8. <sup>b</sup> Ioh. 10. 28. Ioh. 12. 31. Ioh. 16. 33. 2. Cor. 12. 9. Of. 13. 14.

## QVÆSTIO LII.

*Quid te consolatur Reditus Christi ad iudicandum vivos & mortuos?*

RESP. Quod in omnibus miseriis & persecutionibus erecto capite <sup>a</sup>, eundem illum, qui te prius pro <sup>\*</sup> nobis iudicio Dei statuit, & maledictionem omnem <sup>†</sup> nobis abstulit, iudicem è cœlo expecto <sup>b</sup>; qui omnes suos & meos hostes in æternas pœnas abiiciat <sup>c</sup>, me vero *ita sperantem ac orantem, licet immeritum*, cum omnib. electis ad se in cœlestia gaudia & sempiternam gloriam traducat <sup>d</sup>. *si dignus inueniar.*

<sup>a</sup> Luc. 21. 28. <sup>b</sup> Act. 10. 39. 40. 42. Ioh. 19. 37. ex Zach. 12. 10. <sup>c</sup> Apoc. 20. 10. 2. Thes. 1. 7. 8. 9. 10. <sup>d</sup> Ioh. 14. 3. Ioh. 17. 24. 1. Thes. 1. 17.

DE